UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S. Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps || Elector, &c.

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1633

Notatio ad Caput Trigesimum sextum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9728

Visual Library

tum annotatum non fuit, ſicut & alia multa, quæ propterea hodie NB multitudo miraculorum.
A ignorantur.

Notatio ad Caput Trigeſimumquintum.

MAnuſcriptus ait, mulierem hanc in platea Strickgaſse habitaſse, *& audito quod Dominus* ENGELBERTVS *propter pacis conſeruationem occiſus eſt, & quod anima eius propter Martyrium in pace quieſceret, ad ſepulchrum eius veniſſe.*

B Caput Trigeſimum ſextum.

De Muliere à paralyſi curata.

FOEMINA quædam miſerandum in modum contracta annis quatuor & menſibus ſex, Coloniam adducta, & apud martyris tumulum depoſita, cùm ad duas horas precata eſſet martyrem, paulatim ſe ſubrexit, & interim neruos laxari ſenſit. Tandem nullius freta adminiculo, pedibus ſuis redijt in pagum ſuum, vbique martyrem laude & prædicatione efferens. Contracta reſtituitur.

C Notatio ad Caput Trigeſimum ſextum.

MAnuſcriptus ita eius narrationem inchoat; *Venit & alia mulier Eueza nomine de Villa quæ Belle vocatur iuxta lacum clauſtrum monachorum &c.* quibus verbis Lacenſis pagus ab alijs eiuſdem nominis prope Coloniam diſtinguitur: *Cæſarius lib. 9. dial. cap. 65. Iuxta,* inquit, *Coloniam in villa quæ Belle vocatur &c.* NB. Ab hac nomen ſuum mu- D tuantur Domini in Flarſem & Montis B. Lufftildis, aliique de nobiliſſima gente Schalliorum à Bell, quorum alias ego originem & ſignum ex Vbia Romana antiquitate erui.

Bell.

Schall à Bell.

Caput